

una eademque vocatio, que à singulis tribus referatur.

Tertiò, conveniunt etiam circumstantiae: nam singuli tres dicunt quid ille publicamus quem Jesus tunc vocavit, fecerit illi magnum convivium, idèquum murmuraverint Pharisei, dicentes discipulis: Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester? Ergo publicanus ille, quem Marcus et Lucas vocant Levi, est idem qui Matthæus.

Dices: Matthæus seipsum nunquam appellat Levi, et alii evangelista ipsum nunquam appellant Matthæum, dum narrant hanc vocacionem; et tamen numerant Matthæum inter duodecim apostolos, et nomen Levi: Ergo signum est quod Matthæus publicanus sit diversus a Levi publicano.

Resp. Neg. conseq. Quia S. Matthæus videtur fuisse binominus; et verisimiliter ante conversionem fuit appellatus Levi, postea vero Matthæus; sicut S. Petrus prius fuerat appellatus Simon. Itaque Marcus et Lucas, narrantes hanc conversionem, dant ipsi nomen quo tunc vocabatur: dum vero illum numerant inter apostolos, dant illi nomen Matthæus, quo vocabatur post conversionem.

Potes quis sit sensus horum verborum Christi: Non veni vocare justos, sed peccatores.

Resp. Verba illa admittunt triplicem sensum: Primo, S. Chrysostom., homil. 31 in Matth., dicit haec dicta esse ironice. Et Theophylactus: Per ironiam, inquit, dicit Dominus: Non veni vocare justos, hoc est, eos, à Pharisæis et scribe, qui iustificatis esmetiatis. S. Ambros., in cap. 5 Luce, dicit: Illos non vocat Christus qui se justos dicunt, usurpatores iustitiae non vocant ad gratiam. Similiter loquitur S. Chrysostom., serm. 28: Sic dicens Dominus, non repudiat justos; sed injustos, qui se justos mentebantur, exclusi. Eundem sensum tradunt S. Hieron. in cap. 9 Matth. et Rupertus in eundem locum. Itaque justus mentem hominum doctorum verba Christi habent hunc sensum: Non veni vocare justos, id est, eos qui se justos putant falsa quâdam iustitiam, et medico sibi opus non esse arbitrariunt; sed peccatores, qui suam agnoscunt aegritudinem, et sanari volunt.

Secundò, D. Thom., Lyranus et Abulensis dicunt Christum agere de vocatione ad penitentiam: nam Lucas, cap. 5, sic illa verba referit: Non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam. Justi autem non indigent vocatione ad penitentiam per quam primam gratiam consequantur, juxta illud Luce 15: Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentem agente quam super nonaginta novem justis, qui non indigent penitentiam. Juxta hanc interpretationem sensus est: Non veni ad vocatos sanos ad medicinam, sed agros; non veni vocare justos, qui gratia Dei prædicti sunt, ad penitentiam, per quam gratiam primam adipiscantur, sed peccatores.

Tertius sensus est: Non veni vocare justos, quia nulli per se sunt justi, qui non indigent meo ad-

ventu: omnes enim peccaverunt, et agent gloria Dei, ad Rom. 5. Unde Theophylactus ita exponit: Non veni vocare justos, nullos enim invenio; quoniam doquidem omnes peccant. Quod si possibile esset invenire justos, non venissem, etc. Tertius hie sensus (qui non excludit primum sensum) suadetur ex eo quod Christus variis, actualiter justos, vocavit, ut Nathanael, et verisimiliter multos ex apostolis ac discipulis S. Joannis Baptiste.

QUESTUS VI.

Qualis fuerit mulier, que sanata est à profutio sanginis.

Post vocacionem et conversionem S. Matthæi, discipuli Joannis, a Pharisæis verisimiliter instigati, inquirunt quare discipuli Christi non jejunent. Quorū questionis ubi Dominus satisfecit, discidit à littore maris suscitatus filiam Jairi; et in vita sanat mulierem a profutio sanguinis. Quod verò sanato hujus mulieris, et suscitato filie Jairi immediatè contingit post istam questionem; quam discipuli Joannis Christo proponerunt, clara patet ex verbis Matthæi, cap. 9, v. 18: Hoc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, et adorabat eum; etc. Hoc est, dum Clarius Pharisæus et discipuli Joannis respondebat, tunc Jairus synagoga princeps accessit. Marcus, cap. 5, v. 22, et Lucas, cap. 8, v. 41, hanc historiam quidem allo loco colloquunt; sed tamen à Matthæo non discordarunt; quia ipsi temporis ordinem non fuerunt secuti.

Videtur autem divina dispensatione factum esse, quod predicta mulier in vii sanata sit, ut scilicet per hoc miraculum fides archisynagogi cresceret et confirmaretur. Juxta Eusebium, lib. 7 Histor., cap. 14, mulier hæc fuit ex Cesarea Philippi, et ante dominum sanam in perpetuum tanti beneficii monumentum erexit Christo statuam iuxta quām ejus etiam mulieris statua erat flectens, et fibram Christi tinxens. Hæc statua adhuc erat tempore Eusebii, qui dicit se illam vidiisse, et ad basim ejus crevississe herbam halienum vim medicandi omnibus morbis. Addit Zozomenis, lib. 5, cap. 20, Julianum apostamat monumentum illud dejeçisse, suamque statuam in eodem loco posuisse: Quam, inquit, ignis violentus de celo delapsus circiter pectus dissecat, caputque una cum collo in terram deject.

Dices: S. Ambros. in Proverbis lib. de Salomone, cap. 5, sentit quid hoc mulier fuerit Martha, soror Lazarci; nam ibidem dicit: Christus dum largum in sanguine fluxum silebat in Martha, dum demones et pellit in Mariam, dum corpus rediñvi spiritus calore constringit in Lazaro, et quid mors sibi vindicavit et ad peccatum, lux denouo recipit ad vitam.

Resp. Martham fortè etiam à talli morbo curatam fuisse, sed non hoc loco; unde etiam Ambrosius nullum dicit quid Martha sit mulier illa evangelica de qua agitur. Et quamvis S. Ambrosius istius opinionis fuisset, major tamen in hac parte videtur deferenda fides Eusebii. Nam, cùm hic Cesarcensis episcop-

ventu: omnes enim peccaverunt, et agent gloria Dei,

ad Rom. 5. Unde Theophylactus ita exponit: Non

veni vocare justos, nullos enim invenio; quoniam doquidem omnes peccant. Quod si possibile esset invenire justos, non venissem, etc. Tertius hie sensus (qui non excludit primum sensum) suadetur ex eo quod Christus variis, actualiter justos, vocavit, ut Nathanael, et verisimiliter multos ex apostolis ac discipulis S. Joannis Baptiste.

QUESTUS VII.

Probatur, quia à Paschate usque ad Pentecosten sunt tantum 7 hebdomades; atque inter primum Christi Passcha et Pentecosten non potuerunt contingere non solùm illa que ex aliis evangelistis contigit narravimus capite precedentem; sed nequid illa que narrat Joannes, à cap. 3 usque ad initium cap. 5; ergo.

Prob. min. Post ejectos in primo Paschate negotiatorum c templo, narratur cap. 3 colloquium Jesu cum Nicodemo; postea ibidem, v. 22, venit in Iudeam, et baptizabat, ibique commemoratus est usque ad incarcerationem S. Joannis Baptiste. Deinde, cap. 4, declinans Iurem Judorum revertitur in Galileam, et transiens per Samariam, invenit mulierem Samaritanam, cum quā colloquitur. Inde post duos dies abit in Galileam, et sanavit filium reguli. Atque haec omnia non videntur potuisse contingere spatio 7 hebdomadarum, quo fluit inter Pascha et Pentecosten; ergo per istum diem festum non intelligitur festum Pentecosten.

Dico 2°: Per diem festum, de quo Joannes, cap. 5, v. 1, loquitur, intelligitur festum Paschatis. Prob. 1°, quia dicit Joannes: Post hec erat dies festus Iudeorum. Id est, post colloquium Christi cum muliere Samaritanā, et sanationem filii reguli; atque, ut supra, cap. 11, quest. 1, monstratum est, colloquium cum muliere Samaritanā accidit post mensem octobrem, post quem Judei nulla amplius habeant festa, divinitus instituta, ante festum Paschæ, ut constat ex Levit. 25; ergo, etc.

Prob. 2°: Joannes Evangelium suum scriptis pro gentilibus ad fidem conversis, qui verisimiliter non multum sciebant de festis Iudeorum, præterquam de festo Paschatis, quia illud erat omnium celeberrimum: ergo quando dicit: Dies festus Iudeorum, et quidam talis festus dies propter quem, ut addit. Christus ascendit seu ivit Jerosolymam, videtur debere intelligi de festo Paschatis. Nam, quando agit de aliis festis, semper addit. notam distinctionis, ut cap. 7, v. 2: Dies festus Iudeorum, Scenopegia. Et cap. 10, v. 22: Festa sunt encina in Jerosolymis. Hinc.

Prob. 3°: Joannes simpliciter et sine addito dicit: Erat dies festus. Atque dies festus, quando simpliciter et sine addito ab evangelista exprimitur, significat festum Paschatis; ergo, etc.

Prob. min. ex Matth. 26, v. 5, ubi principes sacerdotum, biduo ante Pascha de Christo occidendo consultantes, dicunt: Non in die festo, ne forte tumultus feret in populo. Et similiter loquantur Marci 14, v. 2. item Luce 23, v. 17, dicitur de Pilato: Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, unum. Cum igitur in locis jam citatis → dies festus designat festum Paschatis, videtur etiam illud designare Joan. 5, v. 1.

Prob. 4, ex prophetâ Danielis cap. 9, v. 23: Scito ergo, et animadverte: Ab exitu sermonis, ut iterum adficietur Jerusalem, usque ad Christum ducen, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duas erunt. Id est, sexaginta novem. Et post hebdomades sexaginta duas

893 CAP. XII. QUÆST. I. DE QUO FESTO AGATUR JOAN. 5, 1.

pas fuerit, et in Asia habitaverit, res illa ipsi facilis et melius potuit innescere, quam S. Ambroso.

Postquam praefata mulier sanitati restituta erat, statim de morte filie archisynagogi, Marci 5, v. 55, muniti venerunt, et veniens Jesus in domum Jairi, nemine intromisso, nisi Petro, Jacobo et Joanne, filiam duodenem jam mortuam, ad vitam revocat. Circa hoc.

Potes quomodo Matthæus verè potuerit scribere quid Jairus Christo dixerit: Filia mea modo defuncta est; quandoquidem postea tantum mortua sit, ut patet Marci 5, v. 55. Unde etiam hic evangelista, v. 25, refert Jairum dixisse: Filia mea in extremis est.

Resp. Matthæum non quid Jairus dixerit, retulisse, sed quid cogitaverit et voluerit, attendisse: filiam enim, quoniam in extremo reliquerat, obiisse cogitabat, et ad vitam revocari volebat. Unde S. P. Aug., lib. 2 de Cons. evang., cap. 28, de hæc re ita scribit: Attende (Matthæus) non verba patris de filia, sed quod est potissimum, voluntatem; et talia verba posuit, quæ voluntas erat. Ita enim desperaverat, ut post hibis vellet eam reviviscere, non credens vivam posse inveniri quam morientem reliquerat. Duo itaque (nempe S. Ambrosius et Lucas) posuerunt quid dixerit Jairus; Matthæus autem quid voluerit atque cogitaverit. Utrum ergo potius est à Domino, ut vel morientem salvam faceret, vel mortuum suscitat. Sed cùm instituerit Matthæus totum breviter dicens; et hoc insinuavit, patrem rogantem dixisse quod et ipsum certum est voluisse, et Christum fecisse.

CAPUT XII.

SECUNDUM PASCHA.

Jesus ascendit Jerosolymam ad diem festum Paschatis, ibidemque ad pisänam prothalam sanavit laniugidum in sabbato. Judeus autem illud factum criminantis respondet se omnia simul cum Patre operari; astruistique duplice sum potestatem, scilicet vita et iudicium, Joan. 5, à v. 4 usque ad finem capituli. Hinc sane discipulis illi vellerent, et ipse postea in alio sabbato manum aridam sanasset, Pharisæos utrumque hoc factum reprehendentes refligunt, Matth. 12, v. 2, Marci 2, v. 28, usque ad finem, et initio cap. 5. Itemque Luce 6, v. 4.

QUESTUS PRIMA.

Quis fuerit ille dies festus, de quo agitur Joan. 5, v. 1. Quisnam fuit dies iste festus, etiam inter antiquos ventilatum fuit: nam S. Cyrilus, lib. 2, cap. 123; S. Chrysostom., hom. 35 in Joan., et ex illo D. Thom. in cap. 5 Joan., per hunc diem festum intelligent Pentecosten; S. Irenæus vero, lib. 2 adversus heres, cap. 59, Eusebius lib. 8 Demonst. Evang., S. Hieron. et Theodorus, in cap. 9 Danielis intelligent festum Paschatis.

Resp. et dico 1°: Per istum diem festum non videatur posse intelligi festum Pentecosten.

Alli censem significari festum Pentecostes, quia erat secundum festum inter prima festa, seu inter festa primò à Deo instituta, Levit. 23. Nec obstat quod evangelista dicit fuisse sabbatum, quia Iudei sua festa vocabant etiam *sabbata*, ut patet loco citato Levit., v. 24 et 52; ubi de omnibus festis dicitur: *A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.*

Vérum omnes iste opinione, que putant fuisse aliquod festum, et non sabbatum propriè dictum, non sunt probabiles, quia poterant Iudei in suis festis, exceptis sabbato ei die Expiationis preparare cibos; adeoque non poterant discipuli Christi a Pharisaeis culpari quod in festo vellent spicas ad manducandum. Debet igitur necessariò intelligi sabbatum propriè dictum; quia in sabbatis non liebat preparare cibos, adeoque nec vellere spicas. Unde Christus ex eusans discipulos non dicit hoc ipsi licet simpliciter, sed tantum in casu necessitatibus. Interim, licet horum diuidim omnes communiter per istud sabbatum intelligent sabbatum propriè dictum, tamen ita inter se sunt divisi, ut super hoc unico dubio sint plures quam viginti sententiae. Inter has autem appareat plausibilior ac verisimilior opinio Josephi Scaligeri, lib. 6 de Emed. Temp., cap. 6, Tirini, et auctoris Aeneasios, qui putant fuisse primum sabbatum post diem secundum azymorum, ita ut: *In sabbato secundo primo significet: In sabbato secundo die azymorum primo.*

Prob. 1^o, quia Iudei, ad figuram festum Pentecostes, debebant singulis annis numerare septem hebdomadas a secundo die azymorum, ut precepit Levit. 25, v. 15; adeoque debebant numerare septem sabbata; ac proinde numerabantur primum, secundum, tertium, quartum, quintum, sextum, et septimum sabbatum à secundo die azymorum; ergo admodum verisimile est quod S. Lucas intelligat sabbatum à secundo die azymorum, quod per abbreviationem vocatur *secundo-primum*, sicut et sequens vocabularius *secundo-secundum*, et sic deinceps usque ad *secundo-septimum*.

Confirmatur, quia Iudei nulla alia sabbata numerare debent prater illa quæ occurabant à secundo die azymorum, usque ad Pentecosten: ergo cum S. Lucas ponat numerum sabbati, signum est quod loquuntur de uno ex illis sabbatis, quæ numerabantur; nimis enim de quo erat à secundo die azymorum primum. Quod autem Iudei non debuerint alia sabbata numerare, patet primò ex eo quod id nulli preservabatur. Patet secundò, quia omnia ipsorum festa, praeter festum hebdomadarium, id est, Pentecosten, habebant designatum certum mensem, et certum diem quo celebrari debebant, ut constat ex Levit. 25.

Prob. 2^o: Fuit aliquod sabbatum incidens in illud tempus quo spicas in Palestina sunt maturæ; atque inter Pascha et Pentecosten spicas ibidem sunt maturæ; ergo fuit aliquod sabbatum inter Pascha et Pentecosten. Cum igitur S. Lucas illud vocat *secundo-primum*, verisimile est quod sit primum à secundo die azymorum.

Obj. 1^o: Juxta supra dicta, quest. 1, probable est

quod Christus in isto sabbato ad prothaciam piscinam sanaverit illum paralyticum, qui à 58 annis languerat; ergo non est verisimile quod isto sabbato cum discipulis suis ierit per sata.

Resp. Neg. conseq. Nam nihil implicat quoniam sanatio paralyticus, et alia quæ deinceps Joannes, cap. 5, narrat, contingit ante prandium; et deinde post prandium Christus Ierosolyma exierit, et cum discipulis suis per sata transirevit.

Obj. 2^o: Melius videant sentire illi qui post S. Ephiphanius, heresi 50, dicunt quod per sabbatum secundum-primum intelligatur dies septima azymorum, incidentis in sabbatum, que erat sabbatum secundo-primum, quia erat primum secunda vice, hoc modo; Festum azymorum erat primum et precipuum festum anni; dies septima azymorum (qua erat æque celebris ea prima, ut habetur Levit. 25) erat primum festum, quia erat festum azymorum; sed erat tantum secundo loco, quia primum festum jam præcesserat; adeoque erat primum festum secunda vice, seu secundo loco recurrerent.

Resp. Neg. assumpt., quia dies septima azymorum poterat illo jure, seu sensu iam dato singulis annis vocari sabbatum secundo-primum, cuimodo non incidisset in sabbatum propriè dictum. Et sic, si S. Lucas per illud sabbatum intellexisset dies septima azymorum, suis verbis non denotasset tale festum in quo non liebat vellere spicas; sed potius denotasset festum in quo id communiter liebat; nam die septima azymorum, de ordinario contingenti cibos preparare liebat.

Obj. 3^o: Sabbathum secundo-primum videtur fuisse primum sabbatum post Pentecosten, quod vocabatur *secundo-primum* quia erat primum sabbatum post secundum festum primarium: nam Pascha erat primum festum primarium, Pentecoste secundum. Unde illud sabbatum dicitur *secundo-primum*, quia sabbatum infra octavam Pasche erat *prima-primum*, sive absolute primum omnium sabbatorum totius anni, ait à Lapide.

Hanc opinionem aliqui probant hoc modo: Non potest dici sabbatum *secundo-primum*, nisi præcesserit *primo-primum*: sabbatum infra octavam Pasche erat *primo-primum*, ergo sabbatum infra octavam Pentecosten erat *secundo-primum*.

Resp. Neg. assumpt. et maj. probationis, quia, ut supra probatum est, vocabatur *secundo-primum*, quia erat primum à secundo die azymorum. Deinde illa opinio supponit quod sabbatum infra octavam Pasche vocatur *primo-primum*; hoc autem heret in questione, et non appareat esse verum: nam omnes evangelistæ loquuntur de illo sabbato, in cuius præsevera crucifixus est Christus, et extollunt illud, præserium Joannes, cap. 19, dicens: *Erat enim natus dies illæ sabbati*, et interim nullus ipsorum vocat illud *primo-primum*, ubi tamen ipsis conveniebat ita vocare. Deinde cum in Iudea missis inciperet à secundù die azymorum, vix appareat quomodo post Pentecosten adhuc esse granum in agris, præserium

quod

illis annis quibus Pascha incidebat circa vigesimam nostri mensis aprilis.

Obj. 4^o: Sabbathum secundo-primum verisimiliter fuit aliquod festum, à Iudeis institutum, incidentis in diem sabbati. Vocabatur autem *sabbatum secundum*, quia erat secundus institutionis; nam erat institutum post institutionem aliorum festorum à Deo factum; et vocabatur *sabbatum primum*, quia simul erat dies sabbati, quem deus primo instaurerat.

Hæc opinio suadet ex eo quod, sicut libri posteriori in Canonem relati, vocantur *deuter-canonicæ*, ita istud sabbatum in textu Greco vocetur *deuter-proton*.

Resp. Neg. assumpt. Nam contra hanc opinionem facit primò, quod tunc *secundo* deberet sumi adverbialiter, et connecti cum *primo*, ubi tamen est contrario Biblio Romæ correcta, item Biblia Virg. Estii, et novissima Lovaniensis illas duas dictiones distingunt interjecto commate.

Secundò, inde sequeretur quod omnia sabbata, incidentia in aliquod festum, à Deo institutum, vocata fuissent *primo-prima*, enī tamen rei nullum omnino vestigium reportur in Scriptura.

Terterò, Iudei nullum omnino habebant festum secunde institutionis, quod occurreret tempore spicarum: nam quantor festa, à synagogâ instituta, erant sequentia: *Primo* festum Sorthium, celebrandum mense Adar, id est, mense duodecimi; ut constat ex libro Esther, cap. 9, v. 21 et 25. Secundò, festum dati Ignis, celebrandum mense Casten, id est, mense nono; ut colligit ex 2 Machab. 1, v. 18. Terterò, festum Encanctorum, celebrandum itidem mense Casten; ut constat ex eodem loco. Quartò, festum ob causam Nicorensem, celebrandum mense Adar; ut constat ex 1 Machab. 7, v. 49.

Obj. 5^o: *Sabbatum secundo-primum* idem est quod sabbatum duplex, sive sabbatum huius primum ac bis solemnē; ergo videtur fuisse sabbatum in quod aliud festum, v. g., Pentecoste, incidebat.

Prob. conseq., quia Matth. 12, v. 1, in Greco, et Marci 2, v. 23, in Latino, hoc sabbatum vocatur *sabbata in plurali*; ergo plura in eo concorribant festa.

Resp. Neg. ant. ac conseq., et ad probationem dico sabbatum de quo agit S. Lucas, cap. 6, v. 4, non ideò in locis prædictis vocari *sabbata*, quia in eo concorabant plus festa, sed quia in sabbato multa erant *sabbata*, id est, quietes multæ. Nam, cum sabbatum esset festum sanctissimum, quiescendum erat ab omni prorsus opere. Et hanc esse rationem ob quam sabbatum vocetur quandoque *sabbata* in plurali, patet ex Act. 15, v. 14, ubi dicitur: *Ingressi synagogam die sabbatorum*; id est, die sabbati. Et cap. 16, v. 15: *Die autem sabbatorum egressi sumus*; id est, die sabbati.

CAPUT XIII.
Christus in Galileam reversus, sededit ad mare, turbam è mari docens, morbosque curans, Matth. 12, v. 15; Marci 3, v. 7. Paulus post turbis relicts ascendit in montem, in oratione pernoctat, eligit ex

discipulis duodecim apostolos, ad quos ac turbam longum sermonem habet, christiane perfectionis compendium, qui dicitur: *Sermo Domini in monte*. Matth., tote cap. 5, 6 et 7; Marci 3, v. 15; Luce 6, à v. 42 usque ad finem capituli. Descendens è monte in agrum Capharnaum, mundat leprosum, Matth. 8, v. 4; Marci 1, v. 49; Luce 5, v. 12. Urbem ingressus paralysi liberat servum centurionis, Matth. 8, v. 5; Luce 7, v. 1.

QUESTIO PRIMA.

An sermo, de quo agit Matthæus cap. 5, sit idem quenam refert Lucas cap. 6.

No nulli interpreti existimat sermonem istum qui describitur Matth. 5, esse diversum ab eo qui refertur Luca 6, propter apparentem quarundam circumstantiarum differentiam. Rectius tamen S. Ambros, in Lucan, Chrysost., Thophylactus et alii censem esse eundem; et ita etiam sentit S. P. Aug., lib. 2 de Cons. evang., cap. 19.

Hæc sententia probatur ex eo quod habeat eterque sermo idem initium, et eundem finem. Deinde etiam circumstantie videantur eadem; nam eterque evangelista dicit quod Christus secute sint multæ turbe, et quod post initium concionem Christus curaverit leprosum, ac deinde intraverit Capharnaum, et ibi sauerit servum centurionis.

Obj. 1^o: Sermo de quo Matth. 5, habitus est in monte, à Christo sedente; dicitur enim ibidem, v. 1: *Ascendi in montem, et cum sedissem, docebat eos*. Sermo autem, de quo Luca 6, habitus est in loco campestri, à Christo stante, postquam descendisset de monte. Ergo sunt diversi.

Resp. Neg. conseq. Nam, licet iste circumstantie primà fronte videantur immere quod sint diversi sermones; tamen hoc nullo modo ex eisdem probari facilè quisque perspiciet, si bene attenderit ordinem rei gestæ, qui videtur fuisse hic. Junta Matthæum Chrysost. videantur turbas, ut eas evitaret, in montem ascedit, et ibi noctem orando transegit; mane vero facto multis discipulis ad se vocavit, et ex eis duodecim apostolos elegit, ut habet Lucas, cap. 6, quos longo illo sermone docuit, qui à Matthæo describitur; deinde cum discipulis è monte descendit in locum campestrem, ibique coram copiosis plebis multitudine similem habuit sermonem, qui apud Lucam exstat: ac prouinde est idem sermo, sed bis habitus.

Hunc modum conceplandi utrumque evangelistam suggestit S. P. Aug., lib. 2 de Cons. evang., cap. 19, ita scribens: *Potes intelligi cum in monte duodecim discipulos elegit, quos apostolos nominavit, quod Matthæus prætermisit, tunc illum habuisse sermonem, quem Matthæus interposuit, et Lucas tacuit, hoc est, in monte; ac deinde cum descenderet, in loco campestri habuisse alterum similem, de quo Matthæus tacet, Lucas non tacet, et utrumque sermonem eodem modo esse concludimus.*

Ratio autem ob quom Christus bis eundem sermonem habuit, videtur posse assignari hæc, quod nempe Christus hunc sermonem principaliter direxerit ad di-

cipulos et apostolos suos, ut patet ex his verbis: *Vos estis sal terrae, vos estis lumen mundi*, etc. Et idem primum vice eum habuit coram suis discipulis et apostolis in ipso monte. Sed quia etiam eundem sermonem secundarii voluit dirigere ad turbas, ut qui ex illis vellent ei credere, eadem precepta servarent; ideo secunda vice eum in loco campestri habuit ad turbas omnis nationis, ut scirent omnes se eadem lege teniri, qui vellent fieri eius discipuli.

Inst. Sermo à Mattheo memoratus etiam habitus fuit coram turbis; nam cap. 7, v. 28, dicit idem evangelista: *Cum consummasset Jesus verba haec, admirabantur turbi super doctrinam eius*. Ergo dicit nequit quod soli discipuli et apostoli istum sermonem in mente audirentur.

Resp. Neg. consequeat, et ad verba ex cap. 7 citata, dieo cum S. P. Aug., loco supra citato: «Quod autem Matthæus isto sermone terminato sequitur et dicit: *Et factum est cum consummasset Jesus verba haec, etc.*, potest videri discipulorum turbas dixisse, et ex quibus duodecim illis apostolos elegerat; Et enim et ipsos discipulos posse appellari turbas, patet ex Luce 6, v. 17.

Potest et alio modo ad instantiam jam propositam responderi, videlicet quod sermo habitus sit in monte coram solis discipulis, ut insinuat Matthæus; postea verò in loco campestri coram turbis, ut ait Lucas. Et idem Matthæus, cum id sciret, dixit turbas esse admiratas super doctrinam Christi; quia nemo ilam doctrinam, quam primò tradidit discipulis, tradit etiam postea turbas. Neque haec responsio regnatur S. Augustino; qui ipse non dicit quod *turbarum nomine* debent dicipti intelligi, sed tantum quod videantur posse intelligi.

Jansenius et nonnulli alii putant praefatum sermonem tantum semel habitum fuisse; et huius apparentem quarundam circumstantiarum differentiam complanant hoc modo: Christus post electos ex discipulis duodecim apostolos, tum cum illis descendit è vertice montis, et stetit in loco ejusdem montis campestri, ut habeat Lucas, cap. 6, hoc est, in loco inferiori, et piano per modum campi, ubi post edita signa curationum seddit, et partim ad discipulos, et partim ad turbas concionem istam habuit.

Hic modus quoque bonus est, et eundem tanquam probabilem admittit S. Aug. loco supra citato, dicens quod sustineri possit, et in aliquo excelsiore parte montis primò cum solis discipulis Dominum fuisse, quando ex eis illis duodecim elegit; deinde cum eis descendisse, non de monte, sed de ipsa monte celsitudine in campestrem locum, id est, in aliquam equalitatem que in latere montis erat, et multas turbas capere poterat; atque ibi stetisse, donec ad eum turbas congregarentur. Ac postea cum sedisset accessisse propinquūs discipulus eius, atque ita illi ceterisque turbis presentibus, unum habuisse sermonem quem Matthæus Lucasque narraverint, diuerso narrandi modo, sed eadem veritate rerum et sententiarum, quas nubo dixerunt. Jam enim pra-

monstramus, quod et nullo præmonente unicuique sponte videndum fuit, si quis prætermitat aliquid quod aliud dicat, non esse contrarium, nec si alias alio modo aliquid dicat, dum eadem rerum sententiarumque veritas explicetur. Ita S. Augustinus.

Obj. 2^a: Sermo quem describit Matthæus, habitus fuit dum Christus secundā vice ivit in Galileam, et paucos habebat discipulos. Atqui sermo quem refert Lucas habitus fuit dum Christus jam multis habebat discipulos, et ex eisdem duodecim apostolos elegerat; ergo non est unus et idem.

Prob. maj., quia Matth. 4, post vocacionem Petri, Andreae, Iacobi ac Joannis, v. 23 et seq. narratur quod Christus circuerat totam Galileam, et deinde subiungit, v. 25, quod eum secutæ sint turba multa; quas cum vidiisset, ascendit in montem, et sermonem ad discipulos suos habuit, ut ibidem narratur, cap. 5. Ergo sermo ille habitus fuisse videtur paucis diebus post vocacionem Petri et Andreae, seu eo tempore quod Christus nondum multis habebat discipulos.

Resp. Neg. maj.: nam quod sermo à Matthæo descripsit, coram multis discipulis habitus sit, satis clarum est ex tota serie narrationis. Itaque ad prolationem dicendum est quod turbæ istæ non sint Christum secutæ paucis diebus post, *vocationem Petri et Andreae, sed postquam jam notabiliter tempore in Galilæa prædicaverat, et fama ejus etiam in regiones vicinas abierat, ut satis clare patet Matth. 4, v. 24. Unde ut omnia concilientur, sciendum est quod Matthæus in describendo isto sermone non servaverit ordinem temporis, sed eundem per anticipacionem narraverit. Videtur autem id fecisse ob duplum rationem. 1^a Quia in describenda Christi prædicione vobis summanum ejus initio tradere, ut novæ legis præ veteri sublimè doctrinam, sanctitatem et perfectionem statim lectori præsenteret per sermonem, quem Christus habuit in monte, etiam si non ab initio prædications Christi, sed diu postea hic habitus sit. 2^a Quia vobis Matthæus miraculorum narrationi doctrinam præponere; hoc est, vobis prius describere doctrinam à Christo in monte traditam, ac deinde miracula, quibus eam Christus tam ante sermonem quam post eum confirmavit, ad longum ac distinctè recensere. Hinc, cap. 8, quedam miracula narrat quia Christus fecit post sermonem in monte, alia verò que ante patratal: nam curatio leprosi, et servi centurionis contigit post istum sermonem; sanatio autem sororis Petri, uti et cetera Christi gesta, que deinceps narrat usque ad finem cap. 9, congerunt diu ante illum sermonem. Vide ordinem historie evangeliæ, quem supra, cap. 11, descripsimus.

QUESTIO II.

Quænam sint mandata minima; et quinam dicantur minima in regno celorum?

Postquam Christus discipulis dixisset se non venisse solvere legem, aut prophetas, sed adipisci, et ne nimis quidem legis mandata aut minimam minima man-

dati partem solutum iri, sed omnia prorsus ad effectum perducenda esse, Matth. 5, v. 19, subiicit et ait: *Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum; qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum.* Hic textus multipliciter à Patribus et doctribus exponitur, presertim propter multiplices significaciones vocis *regni celorum*, que licet Antonianisticè sumatur pro Ecclesia triumphantे, seu regno beatorum hominum et angelorum in eâ triumphantium, tamen satis frequenter etiam in Scripturis usupatur pro Ecclesia militante, quia haec est via ad regnum celorum, ad quod isti omnes adiuv in terra militantes habent ius ad rem.

Quia tamen versu sequenti, seu 20, videtur poni *regnum celorum* pro Ecclesia triumphantе, dum Christus dicit: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Phariseorum, non intrabis in regnum celorum;* probabilius est eundem terminum, versus 19, in eadem significacione esse intelligendum. Hoe posito,

Resp. et dico 1^a: Tirus et nonnulli alii putant quod Christus, Matth. 5, v. 19, agit contra doctrinam scribarum et Phariseorum, qui, contemptis mandatis Dei, statuerant proprias traditiones, scilicet jejunandi, frequenter se lavandi, offerendi numeru in templo, solvendi decimas omnium fructuum, etiam minimorum, ut mentes et anethi, et haec dicebant esse maxima preecepta; nam istorum observatio conferebat sacerdotibus magnū emolumentum; alia verò preecepta legis, ut fratri suo non irasci, non aspicere mulierem oculo concepientem, non dimittere uxorem ex quicunque causa, non jurare per celum, per terram, per Jerusalem, per caput suum, honorare parentes, etc., dicebant esse *preecepta minima*. Christus ergo dicit: *Qui solerit, id est, transgressus fuerit, unum de mandatis istis, que Pharisei dicunt esse minima, et etiam qui alios docuerit illa solvere, seu transgrederetur, non nisi magni esse non possunt, inquit S. P. Aug., lib. 4 de Serm. Dom. in monte, cap. 8, ita scribit:* «Quod autem ait: *Iota unum, aut unus apex non transibit à lege, nihil potest aliud intelligi, nisi vel haec expressio perfectionis, que per litteras singulari gulari demonstrata est: inter quas litteras iota minor est ceteris, quia uno ductu fit: apex autem est etiam ipsum aliquam in summitate particula. Quibus verbis ostendit in lege ad effectum etiam minimus quicunque perduci. Deinde subiicit: Qui enim solerit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum.* Mandata ergo minima significata sunt per unum iota et unum apicem.

Dices: Christus ibidem docet quod qui unum de mandatis istis solerit, seu transgressus fuerit, minimus futurus sit in regno celorum; id est, quod non sit futurus in regno celorum: atqui propter solam transgressionem mandati cuiuscumque minimi nemo potest exclusus esse regno celorum; nam sunt varia mandata in lege minima, quorum transgressio non est peccatum mortale; ergo per mandata minima, non intelligit illa quae erant minima in lege.

Resp. Neg. maj., quia Christus docet quod iste minimus futurus sit in regno celorum, qui unum de mandatis minimis transgressus fuerit, et alios ideam transgrediverit: jam verò qui transgressus fuerit, et simili transgredientibus docuerit, peccat graviter, quandoquidem docet manifestum errorum; adeoque talis est hereticus: siquidem docere quod licet mandata Dei, etiam quantumvis minima transgredi, est manifesta heres.

Hinc tamen non ex opposito inferendum est quod ille qui illa mandata minima implevit, et alios implice docuerit, sit futurus in regno celorum: nam

(Vingt-neuf.)

Christus in secundo membro non addit: *Unum de istis* **T**vinum, quo Deus iram judicat et dammat, venialem quidem ad peccatum temporalem, mortalem vero ad peccatum eternam. Significatur itaque quod etiam ira, seu sola voluntas nocendi aut occidendi, sit crimen quod in iudicio divino judicari et puniri meretur.

Qui autem dicerit fratri suo, rica, rens erit concilio. Nonnulli, apud S. Aug., lib. I de Serm. Dom. in monte, cap. 9, putant quod rica deducatur a voce grecā *paxos*, id est, *pamus*, ut significet pannosum. Sed ipse Aug. dicit se audivisse a quadom Hebreo quod rica sit vox non significans aliquid, sed indignantis animi motum exprimens. Janesius vero patet quod rica sit vox Syriæ, que idem significat quod *ravus*. Unde iuxta ipsum est genus convicui leboris quo exprobatur alioi vel inanitas seu levitas morum vel fortunarum.

Qui autem dixerit, fatue, rens erit gehenna ignis. Justa Janesiius *et fatue* non significat fatuitatem naturalem, sed moralē; quo modo in Scripturis omnes peccatores vocantur fatui. Significatur itaque coriūcum gravissimum in moribus; et sensus est: Qui simile convicuum proximo suo exprobaverit, rens erit gehenna ignis. Id est, suppliciū eterni, cui pene nullum sequentiū infligit ultimū concitatiū humana.

Dices: Ergo alii duobus peccatis non tribuitur pene gehenna; et consequenter ex genere suo non sunt mortalia.

Resp. Neg. Ilationem, quia per prefatos gradus peccatorum designavit Dominus diversos gradus supplicii, in inferno pro peccatis mortaliis subeundi. Sensus igitur videtur esse hic: Siue gravias est renum esse concilio quād iudicio, sic gravias a Deo punitur ille qui dixerit fratri suō rica, quād qui solūmodi ipsi irates fuerit. Gravissime autem punitur iste qui dixerit, *fatue*.

Matth. 5, v. 21, Christus illic dicit: *Audistis quia dictum est antiquis*; id est, priscis patribus, qui legem ipsam a Deo per Moysen accepérunt: *Non occides*. A primo secunda tabule precepto incipit Dominus ostendere quod vera justitia debet esse major illa quam docebant scribi et Pharisei. Nam hi putabant hæc legem duxataν veteri homicidium; at Christus hic docet per illam etiam veteri iram, verba, verbera, probra, etc., que sum præludia homicidii, et ad illud recta via docuit. Ac prouidit, si haec caveantur, manifestetur perfectissime impiori legem: *Non occides*.

Qui autem occidit, rens erit iudicio. Id est, obnoxius et obligatus erit iudicio, ut in eodem facinus factumque ejus examinetur, utique iudicemus examini et censura homicida subjaceat, qui juxta legem eum ad mortem condemnent, nisi reprehendant eum fortius, vel necessitate se defendendi, hominem occidisse.

